Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



prod est incorruptio carnis. ubi non est integritas mentis. nichilq; ualet
mundum esse corpore: cum qui polluitur est mente: Dixit senex. quia secu
ritas & taciturnitas. & occulta meditatio. parant castitatem. Gloriatio mo
nachi est abstinentia escarum. & amutiloquio cessare linguę: Dixit abb
piamon. Sicut spatarius principis assistit ei continuo semp paratus. ita
oportet animam semp paratā esse. aduersus spm fornicationis. Dicebat
abbas antonius. Scire conuenit. quia tres sunt corporales motus. unus
quidem naturalis. alius autem expletitudine ciborū tertiū uero ex de
monorum inpugnatione. S; contra hos omnes. bonum est custodire qd
scriptum est. omni custodia serua cor tuum. Proprionis. XXVIII.

MVROVRARE DE TORTERANTIA DIVINE COR
inflagellis di peccator homo non debet: quia maxime per hoc
quod corripitur emendatur: Vnusquisq; autem tunc leuius por
tat quod patitur: si sua discusserit mala. pro quibus illi infertur retributio
usta. Discat non murmurare qui male patitur: etiam si ignorat cur
male patiatur: & per hoc iuste sepati arbitretur pro eo. quod ab illo
iudicat. cuius numquam iniusta iudicia sunt: Qui flagella sustinet.
& contra murmurat. iusticiam iudicantis accusat: Qui uero se cognos
cit auisto iudice pati quod sustinet. etiam si pro quo patiatur igno
ret: phoc iam iustific – atur: pquod & se ipsum accusat. & di iusticiā
laudat. Ad magnam uilitatem diuino iudicio mens iusti diuersis
passionum temptationibus agitatur: pro quib si deo grias egerit.
fueq; culpę quod talia pati dignus sit reputauerit. hoc quod expas
sione tollerat. & prouiritib; reputabitur: qui & diuinam agnoscit
iusticiam. & suam culpam intellegit: Iustorum mens non solū per
pendit quid tollerat. s; etiam pauet quod restat. Videt qualia in
hac uita patitur: metuit ne post hec grauiora patiat. Luget quia
inhui cecitatis exilium a paradisi gaudiis cecidit. timet ne & cū
exilium relinquitur: mors ętna subsequatur: Iam ergo sententiam
tollerat inpęna. sed minas adhuc ęterni iudicis formidat exculpa.
Recte ergo per psalmistam dicitur: Inme transierunt ire tuę.
& terrores tui conturbauerunt me: Interni quippe iudicis post
quam ire pertranseunt. etiam errores conturbant quia iam aliud
de damnatione patimur: & adhuc aliud de ętna ultione formi
damus. Gloriatio autem monachi. patientia tribulationib eius.
& longanimitas cum caritate. Sancti uiri quanto magis se exteri